Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ad me et reuertar ad vos: dicit dominus exercituū. Et dixiſtis. in quo reuertamur? Si effiget homo deū: quia vos cōfigitis me. Et dixiſtis? In quo cōfigimus te? In decimis et in primiciis et in penuria. Vos maledicti eſtis: et me vos cōfigitis gens tota. Inferte omnem decimā in horreū: et ſit cibus in domo mea: et probate me ſuper hoc dicit dñs. Si non aperuero vobis catharactas celi et effudero vobis benedictiōez vſque ad abūdāciā. Et increpabo pro vobis deuorātē: et nō corrūpet fructū terre vr̄e: nec erit ſterilis vinea in agro dicit dñs exercituū. Et beatos vos dicēt oms gētes. Eritis enim vos terra deſiderabilis dicit dñs exercituū. Inualuerūt ſuper me verba vr̄a dicit dñs. Et dixiſtis. Quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis. Vanus ē qui ſeruit deo. Et quod emolumentū quia cuſtodiuimus precepta eius: et quia ābulauimus triſtes corā dño exercituū? Ergo nūc beatos dicimus arrogantes. Siquidem edificati ſunt facientes impietates: et temptauerūt deuz et ſalui facti ſūt. Tūc locuti ſūt timētes deū: vnuſquiſque cū proximo ſuo. Et attēdit dñs et audiuit: et ſcriptus eſt liber monumēti corā eo timentibus dñm et cogitātibus nomē eius. Et erūt michi ait dñs exercituū in die qua ego faciā in peculiū et parcaz eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruiēti ſibi. Et cōuertimini et videbitis quid ſit inter iuſtū et impiū: et inter ſeruientē deo et non ſeruientem ei.

Ecce enim dies Ca. iiii. veniet ſuccēſa quaſi caminus: et erūt oms ſuperbi et oms facietes impietatē ſtipula. Et inflāmabit eos dies veniēs dicit dñs exercituū: que nō derelinquet eis radicē et germē. Et orietur vobis timētibus nomē meū ſol iuſticie: et ſanitas in pēnis eius. Et egrediemini et ſalietis ſicut vituli de armento: et calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedū vr̄orum in die qua ego facio dicit dñs exercituū. Memētote legis moyſi ſerui mei: quam mādaui ei in oreb ad omnem iſrael. precepta et iudicia. Ecce ego mittā vobis helyā prophetā: anteque veniat dies dñi magnus et horribilis. Et cōuertet cor patrū ad filios: et cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniā et percuciam terram anathemate.

Incipit prologus beati Iheronimi preſbiteri in libros machabeorum.

Machabeorum libri duo prenotāt prelia inter hebreorum duces gētemque perſarū: pugnā quoque ſabatorum et nobiles machabei ducis triūphos: ex cuius noie et libri ydem ſunt nūcupati. Hec quoque hiſtoria cōtinet etiā inclita illa geſta machabeorū fratrum: qui ſub ātiocho rege pro ſacris legibus dira tormēta perpeſſi ſūt. Quos mater pia dū diuerſis ſuppliciis vrgeretur nō ſolū nō fleuit: ſed et gaudens hortabatur ad gloriam paſſionis.

Explicit prologus. Incipit liber primus machabeorum. Capitulum primum

Et factū eſt poſt quaz percuſſit alexander philipi rex macedo qui primus regnauit in grecia egreſſus de terra cethim darium regem perſarum et medorum. cōſtituit prelia multa: et obtinuit oium municiōes: et interfecit reges terre. Et pertrāſiit vſque ad fines terre: et accepit ſpolia multitudinis gencīū: et ſiluit terra in cōſpectu eius. Et cōgregauit virtutē et exercitū fortem nimis: et exaltatū eſt et eleuatū cor eius: et optinuit regiones gēciū et tirānos et facti ſūt illi in tributū. Et post hec decidit in lectū: et cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros ſuos nobiles qui ſecū erāt nutriti a iuuētute ſua: et diuiſit illis regnum ſuū cū adhuc viuerz. Et regnauit alexāder annis duodecim: et mortuus ē. Et obtinuerūt pueri eius regnū vnuſquiſque in loco ſuo: et impoſuerūt oms ſibi diademata poſt mortē eius et filii eorum poſt eos ānis multis: et multiplicata ſūt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati antiochus illuſtris filius āthiochi regis qui fuerat rome obſes: et regnauit in āno cētesimo tricesimo et ſeptimo regni grecorum. In diebus illis exierūt ex iſrael filii iniqui: et ſuaſerūt multis dicētes. Eamus et diſponamus teſtamētū cū gētibus que circa nos ſūt: quia ex quo receſſimus ab eis inuenerūt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerūt aliqui